



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

lxxxii [i.e. x]. Potest quoq[ue] ide[m] effect[us] causari divisim à plurib[us]
causis totalib[us].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

totalem secundò, seu supponentem primam productionem, præsupponitur effectus existere ante secundam actionem, sed non quò ad secundum esse; Et licet hæc secunda actio superveniens non traducat effectum à non esse ad esse (quod est solius actionis primò productivæ) dat tamen rei idem esse secundò, & traducit illam à non esse secundò ad esse secundò, simulquè cum priore rem conservat, vel si prior pereat, in locum ejus succedit. Deniquè concurrent tales duæ actiones ut elevatæ quò ad modum tantùm, in quantum in circumstantiis conjunctionis non debetur illis concursus Dei simultaneus totalis; adeoque spectatæ quò ad modum sunt ambæ causæ instrumentales.

X. Potest idem numero effectus divisim causari à pluribus causis totalibus, sive ita causari ab hac causa, ut potuerit causari ab alia (nisi tamen quid obstat, uti ipsi actus vitales procedunt ab hoc numero principio, ut non potuerint iidem numero procedere ab alio principio) sicut enim idem effectus conservari potest à pluribus causis sibi succedentibus, imò & intendi ab aliis

aliis causis, quàm à quibus primò productus est, sic quoquè videtur à pluribus causis divisim posse primò produci. Per accidens igitur est effectui, quòd ille procedat ab hac numero causa, & ad hoc determinatur formaliter à causalitate, efficienter à solo Deo, & consequenter pendebit effectus hic per accidens ab hac causa, si per tò per accidens *dependere* intelligas, contingenter, & non essentialiter dependere; non verò dependebit ille per accidens, si intelligas dependere à causa non propriè tali, sed habente se per accidens. Illud autem *Ecclesiast. honora parentes, & memento, quia nisi per illos, natus non fuisses*: supponit Deum constituisse, quinam, & ex quibus nascituri sint parentibus, & stante hoc decreto te non fuisse nasciturum, nisi ex his tibi à Deo constitutis parentibus.

XI. Omnis actio & effectus quò ad possibilitatem essentialiter connexus est cum suis causis & principiis, & his implicanti-bus etiam implicat ille; effectus enim & actiones non possunt actu existere (quod est aliquid esse impossibile) nisi etiam actu possint existere eorum causæ: dein ab illo
enti-